Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

lo male disciplinę se contregunt. vt ex male intellecto euangelio
precepta apostolica. peruertere meditentur. uere uolatilia celi
sed superbiam se in altum extollendo. et fenum agri sed carna
liter sentiendo. Contingit enim eis quod in uiduis iunioribus
indisciplinatis cauendum idem apostolus qui dicit. simul eti-
am et otiosi esse discunt. non solum autem otiosi sed et curiosi
et uerbosi. loquentes quę non oportet; Et hoc ille de malis feminis
dicebat. qd nos etiam in malis uiris dolemus et plangimus. qui ad
uersus eum ipsum in cuius epistolis ista legimus otiosi et uerbosi quę
non oportet loquuntur. Et qui sunt inter eos qui eo proposito ad scam
militiam uenerint. ut placeant cuiset probarunt. Cum ita uige-
ant uiribus corporis et integritate ualitudinis. ut non solum erui
diri sed etiam operari scdm apostolum possint. et aptis istorum o
tiosis corruptisq; sermonibus quos iudicare peritum imperitum tyroci
nium non ualent. in eadem labe pestiferaq; contagione mutant.
Non solum non imitantes obedientiam scorum. qui et operantium
et aliorum monasteriorum insaluberrima disciplina scdm apostolicam
normam uiuentium. sed etiam insultantes melioribus. tan-
quam conseruatricem euangelii predicantes pigritiam. preuari-
catricem accusantes misericordiam; Multo enim misericordius
operatur erga animas infirmorum qui famę bonę seruorum di
consulit. quam erga corpora egentium qui panem esurientibus
frangit. O bicetio. Et qui prodest seruo di. relicta seculari uita
spiritalem quęsisse militiam. si adhuc eum oportet tamquam
opificem terrena exercere negotia. Dicit aliquis: Quid
ergo prodest seruo di quod prioribus actibus quos insecto habebat
relictis. ad hanc spiritalem uitam militiamque conuertitur.
si adhuc eum oportet tamquam opificis exercere negotia.
Responsio. Non facile posse explicare uitę eternę dni mo
nentis consilium. sed sufficere debere apostoli auctoritatem dicen
tis. non in uacuum cucurri. consummatoq; cursu coronam sibi
securus ad no reddendam confidit. opera tamen manuum fe-
cit et docuit. Quasi uero facile possit uerbis explicari quantu